

## SECUNDI PARALI.

**G**Hazar' iahu pontificis domus domini. Hebraicè habetur. ducis domus Elohim. caput enim domus dei significatur. ad quos omnia pertinebant. Non habetur hæc adiectio in hebræo.

Core vero filius Iimne Leuita ianior orientalis portæ. prepositus erat iis quæ sponte offerebantur domino. Nomen est Elohim. primitiisque & consecratis in sancta sanctorum. Iuxta hebræum habetur. ad dādum elevationem Ichouah. & sanctitatem sanctitati. Exponitur inter sponte oblata comprehendendi tunc tam primicias quæ eleuabantur Deo, quam decimas decimarum; ad manifestandum quod quāuis hæc secundum legem deberentur, non tamen tunc exigebantur, sed sponte offerebantur. Et sub cura eius. Nō male interpretatur quod hebraicè scribitur. Et super manuam eius. quia significatur quod manu (hoc est gubernationi eius) innitebantur subiuncti viri distributores in vrbibus sacerdotum in fide: hoc est absque exacta supputatione. Heden & Min' iamin & Iesuah & Semah' iahu & Amar' iahu & Sechan' iahu in ciuitatibus sacerdoti in fide: ad dādum fratribus suis in divisionibus, sicut magno sic parvo. Exceptis maribus ab annis tribus & supra. Hebraicè habetur. Absque genealogia eorum maribus à filio trium annorum & supra. Aduerte & discerne disparitatē inter sacerdotes ac Leuitas absque discussa illorum genealogia & eosdem discussa eori in genealogia penes hoc quod sine discussione genealogiae distributio siebat ministris actualiter ministrantibus, & illorum filiis maribus trium annorum & supra duntaxat: ministris autem sacerdotibus (hoc est filiis Aharon) & Leuitis à vigesimo anno & supra discussa eorum genealogia distributio siebat etiam proxoribus & filiabus. Et non est sermo de genealogia quo ad patres, auos & atauos: sed quo ad numerū filiorum. Hac sententiam sonat hebraica litera, subiungens: omni uenienti ad domum Ichouah rem de die in diem suam: a ministerium suum in custodiis suis, in divisionibus suis. Conditiones narrantur eorum quibus absque discussa genealogia distribuebatur res eis debita: & modus, videlicet de die in dien. Deinde immediatè sequitur. Et cum genealogia sacerdotes per domum patrum suorum & Leuita, à filio viginti annorum & supra: in custodiis suis in divisionibus suis. Alterum è regione præcedatis membrum subiungitur: videlicet Leuita à viginti annis & supra, iuxta ordinē decretum à Dauide & sacerdotes: utriusque tamen in custodiis suis (hoc est temporibus illis deputatis) iuxta divisiones statutas

## CAPVT XXXII.

413

tas tempore Davidis) utriusque inquam genealogia eorum discussa. Et de istis subiungitur, Et existentibus cū genealogia univera familia eorum, proxoribus eorum, & filiis eorum, & filiabus eorum: omni congregationi, quia in fide eorum sanctificabunt se sanctitate. Duo scribuntur. alterum quod istis quorum genealogia erat discussa distribuebatur p tota familia, proxoribus &c. alterū toti congregationi tam primi memtri q secundi distribuebatur quia fideles habebantur ad sanctificationis mundiam, ita ut non permetterent immūdos participare nec fraudem in his committi.

Sed & filiorum Aharon. Hebraicè habetur in casu dativo. Et filii Aharon sacerdotibus in agris suburbani ciuitatum eorum in omni ciuitate & ciuitate. Haec tenus tractatum est de distributione quæ siebat sacerdotibus & Leuitis ministrantibus: modo tractatur de distributione quæ siebat sacerdotibus & Leuitis in agris suburbiorum & ciuitatibus habitantibus. dispossiti erant viri. Hebraicè habetur. viri qui fuerunt nominati nominibus. hoc est viri optimè noti, bonæ famæ distributores erāt. qui partes distribuerent uniuerso sexui masculino de sacerdotibus & Leuitis. Non solum male contexta sed manca est litera: nam præcedentis sententia pars est de sacerdotibus. clare enim in hebræo dicitur cū omni masculo sacerdotum: deinde immediate subditur. et omni existenti cū genealogia in Leuitu. Clara disparitas exprimitur: videlicet quod in genere sacerdotali dabatur pars omni masculo, in genere autem Leuitico non nisi existenti cuius genealogia discussa.

Fecit: sicut hoc Ezechiel iahu in toto Ichouda: & fecit bonum. sibi & aliis. & rectum. in actione. & verum. secundum intellectum. coram domino leo suo. teste deo. In uniuersa cultura ministerii domus domini à iuxta legem & ceremonias, volēs requirere deū suum in toto corde suo: fecit: & prosperatus est. Hebraicè habetur. Et in omni opere quod incepit in ministerio dom⁹ Elohim & in lege & in præcepto ad uerendum Elohe suum: in toto corde suo fecit & prosperabitur. Effectus operis prosperitas significatur in futuro, quia futura fit respectu boni operis: sic enim infinites hebrei loquuntur.

## CAPVT XXXII.

Ostres & veritatem istas venit Sancherib rex Assur. Significanter post veritatem vitæ iustitiae & doctrinæ Ezechiel superuenisse bellum describitur, ne peccato Ezechiel

## SECUNDI PARALI.

chiz̄ imputaretur huiusmodi afflictio subiuncta. & ingressus est Iehudam, & obcedit ciuitates munitas. Hebraicē habetur. & castrametatus est super ciuitates arcis. Non venit recto trams ad Ierusalem, sed ad ciuitates fortes regni Iudea, volens eas capere. Hebraicē habetur. & dixit ad scindendum eas sibi. hoc est decreuit separate ciuitates munitas à Ierusalem ad hoc ut subiiceret eas sibi simul cum reliquo regno Israel. Erat enim dominus regni Israel: nam quartodecimo anno regni Ezechiae hoc gestum est. Vedit autem Iechizci' iahū venisse Sanherib, & faciem eius esse ad bellum contra Ierusalaim. Quarti Reg. 18. narratur quod iste rex Assyriorum cepit ciuitates munitas regni Iudea, quod hic tacetur. Et similiter tacetur Ezechia petuisse veniam à rege Assyriorum, & dedisse ei magnā auri & argenti summā quam Sanherib petiit. Post hęc enim adhuc Sanherib obsidebat ciuitatem Lachis, & accepta tanta auri & argenti summa frangente fidem, gestum est quod hic scribitur: videlicet quod vidi Ezechias facie regis Assyriorum ad bellandum contra Ierusalem. Et inito cum principibus eōs filio virtutissimi ut obturarent capita fontium qui erant extra urbem: & hoc omnium decernente sententia. Hebraicē habetur. & consiliatus est cum principibus suis & potentibus suis ad obturandum aquas fontium qui erat extra ciuitatem: & diuenerunt cū principes viri: fortis. Cōgregatusq; est populus multus, & obturauit omnes fontes, & riuum qui fluebat. Hebraicē habetur. & torreēt inundantem in medio terra, proculdubio extra ciuitatem, dicēdo: cur venient reges Assur, & inuenient aquas multas? Confortansque est, & adfiscavit omnem murum dirutum & extinxit turres de super & forinsecus murum alterū, & roboranit Millo: iuratis David: & fecit vniuersi generis armaturā. Hebraicē habetur. & fecit armaturam iu multitudine & clypeos, nec vniuersae species armorū explicitantur. Constitutisq; principes bellatorum in exercitu, Hebraicē habetur. Et posuit principes bellorum super populu: cūsta enim secundum humanam prouidentiam recte dispositi & extra & intus, & conuocauit eos ad se in plateam portā ciuitatis, & locutus est ad cor eorum dicendo. hoc est verba penetrantia corda dicit. Roboramini & confortamini, non timeatis nec panicatis à facie regis Assur, & à facie totius turbæ que est cū eo: quia plures sunt nobiscum quam cum eo. Verbis Elisei prophætis vobis est, confisus in diuino auxilio: quod & rei probauit eventus: sonant enim verba hęc multitudinem angelorū adessi illis, ut Eliseus. 4.

Reg.

## CAPVT XXXII.

424

Reg. 6. eisdem verbis significauit. Cum ipso est brachiū carneum, & nobiscū est dominus deus noster, qui auxiliator est noster, pugnatq; pro nobis. Hebraicē habetur. ad adiuuandum nos & ad pralianum prælia nostra. sed sententia in idem redit. Confortansque est populus huiuscmodi verbū. Hebraicē habetur. Et fuerunt innixi populus super verba Iechizci' iahū regis Iehudea. Fructus verborū Ezechiae manifestatur tantus quod populus innixus est diuino auxilio per verba Ezechiae prolati.

Post hęc misit Sanherib rex Assur seruos suos in Ierusalaim (ipse enim cū vniuerso exercitu obsidebat Lachis. Quæstio oritur: quoniam quarti Regum decimooctauo contrarium sonat litera, dices quod rex Assyriorum misit de Lachis Rabsacem cum exercitu graui in Ierusalem ad Ezechiam: quomodo ergo verificatur quod ipse Sanherib cum vniuersa potentia sua obsidebat Lachis? Solutio est quod Rabsacem missus tanquam nūc eius tempore obsidebat Lachis venit sine exercitu, ut hic scribitur: sed statim capta ciuitate Lachis misit rex partem exercitus post Rabsacem ad Ierusalē ut in libro Regū scribitur: & ipse rex cū parte exercitus fuit ad debellandum ciuitatē Libnam, ut ex scriptis quarti Regum decimono uno colligitur.) ad Iechizci' iahū regem Iehudea & ad totum Iehudam qui erat in Ierusalaim dicendo. Sic dixit Sanherib rex Assur: in quo habebis fiduciam, & sedeis obſerbi in Ierusalaim? Nonne Iechizci' iahū decipiet vos ut tradat vos ad moriendum fame & siti, dicendo dominus deus noster liberabit nos de manu regis Assur? Nonne ipse Iechizci' iahū abstulit excelsa & altaria eius, & præcepit & Iehude Ierusalaim dicendo, coram alteri vno adorabit & super illud thurificabitur? Vide hęc expposita. 4. Regum decimooctauo. Nonne cognoscitis quia fecerim ego & patres mei omnibus populis terrarum: an valendo valuerunt dīj gentium terrarum liberare terram suam de manu mea? Quis est in omnibus dīj gentium istarum quas vastauerunt patres mei qui potuerit liberare populum suum de manu mea, ut posse deus vester liberare vos de manu mea? Nunc ergo non decipiat vos Iechizci' iahū & non per suadecat vobis sicut hoc neque credidit ei: si nullus deus cuius vis gerit & regni potuit liberare populum suū de manu mea & de manus atrum meorum, quanto magis dīj vestri non liberabunt vos de manu mea? Et adhuc locuti sunt servi eius cōtra dominum Deum, & contra Iechizci' iahū seruameis. Epistolas quoq; scripsi blasphemie plenas in dominū deū Israel: & locut⁹ est contra

SECVNDI PARALI.

contra eum dicendo, sicut dii gentium terrarum non potuerunt liberare populum suum de manu mea, sic deus Iechizeli iahū non poterit liberare populum suum de manu mea. Hoc fuit in recessu Sancherib de Iudea ad resistendum regi Aethiopis: & gesta circa hanc epistolā scripta sunt, 4. Reg. 19. Et clamauerunt vocē magna Iehudaicē contra populum Ierusalaim qui erat super nūrum. Author libri nō seruat ordinem rei gestarū: nam hoc fuit ante missas literas, ut liber regum sonat. vt terroreret eos. Desicit. & ad attonitos reddendum eos, ita quod & timidos & attonitos efficere nitebantur Iudeos. vt caperent ciuitatem. Et locūs sunt contra Elohe Ierusalaim sicut contra deos populorum terra, opera manus hominis.

Orantq; Iechizeli iahurex & Iesal' iahū filius Amor prophetā aduersu hac blasphemiam: & vociferati sunt usq; in calū. nō clamore corporalis vocis, sed interno affectu cordis. Misitq; dominus angelum, & excidit oēm potente viribus & ducem & principem in castro regis Assur. Ista angelī missio fuit non lāc, sed post biēnum quando rex Assyriorum iteum misit exercitum suum contra Ierusalem vt in, 4. Reg. cap. 19, scribitur, reuersusq; est cum ignominia. Hebraicē habetur. & reuersus est in verecundia fidicierum in terram suam confusus siquidem ad iastar erubescētum reuersus describitur qui iactauerat se contra Deum Irael præualitatum, cūque ingressus esset domum dei sui, qui exierant de visceribus eius ibi interfecerunt cum gladio. Saluauitq; dominus Iechizeli iahū & habitatores Ierusalaim de manu Sancherib regis Assur & de manu omnī: & praefit ei requiem per circumūtum. Multi etiam descrebant hostias & sacrificia. Hebraicē habetur. Et multi afferentes munus domino in Ierusalaim, nec descendit ad speciem munieris & munera. Hebraicē habetur. & poma Iechizeli iahū regis Ichude: & exaltatus est in oculū omnī gentium post sic. Sed vt alijs dictum est appellatione pomoru intelliguntur preciosa, effectus siquidem subsecuti ex mirabili occisione exercitus Sancherib, descibuntur in aliis tum relatiū ad deum tum relatiū ad Ezechiam.

In diebus illis agrotauit Iechizeli iahū usque ad mortem. Quarti Reg. 20. historia haec tractata est; vbi wide expositum etiā signum datum. orauitq; dominum, & exaluit eum, & dedit ei signum. Et nō iuxta beneficia qua accepit etiā ratibuit Iechizeli iahū: quia elevatum est cor eius. Testatur scriptura non solum exteriori vanitate sed etiam interna elatione animi peccasse Ezechiam

CAPVT XXXIT.

425

chiam cum venerunt ad eum legati à rege Babylonis, histōria tractata est quarti Regum 20. & facta est contra eum ira, & contra Ichudam & Ierusalaim. Vindiicta per Esaiam prophetam annunciatā Ezechie ibidem scripta commēmoratur. Humilitasq; que est Iechizeli iahū in exaltatione cordis sui, ipse & habitatores Ierusalaim. Humilitas ipsius Ezechiae ibidem legitur: humilitas autem habitatorum Ierusalem hic primū icribitur. Et pēr hoc simul insinuatur quod etiam habitatores Ierusalem elati sunt corde in aduentu illorum legatorum: ita quod peccatum fuit communē regi & habitatoribus Ierusalem. Irrepit autē elatio ex hoc quod à tam remotis partibus venirent legati admirantes celistudinem regis Ezechiae apud Deum Israel tantam vt sol retrocessisset propter eum. & idcirco non veuit super eos ira domini in diebus Iechizeli iahū. Ratio redditur dilata vindicta ex diuina clementia suscipiente pēnitens cor regis & populi. Dilata autem fuit usque ad tempus filiorum Iosiae regis: vt inferius patet.

Habuitque Iechizeli iahū diuitias & honorem multum valde: & thesauros fecit sibi argenti & auri & lapidum preciosorum & aromatum & armorum variis generis. Hebraicē habetur. & elyptorum. nec aliū dicitur de armis. & omvirū vasorum desiderabilium. Et apothecas frumenti & vini & olei: & praesepia omniū iumentorum, & caulas pecorum. Ciuitatisq; fecit sibi, & greges ovium & boum in multitudine: quia dederat ei Deus substantia multam valde. Et ipse Iechizeli iahū obturauit exitū aquarum Ghichon superiorē, & direxit eis subter ad occidentem ciuitatis David: & prosperatus est Iechizeli iahū in omni opere suo. Attamen in legatione principum Babylonis, qui misi fuerant ad eum vt interrogarent de portento quod acciderat super terram, dereliquit eum Deus: vt tentaretur & nota fierent omnia que erant in corde eius. Iuxta Hebreum habetur. Et sic in interpretibus principum Babel missis ad eā ad quārendum mirabile quod fuit in terra, reliquit eum Elohim: ad tentandum cum ad sciendum omne in corde eius. Multa hic manifestantur, primum quod pēr interpretēs habitus est sermo cum legatis. Scito tamen quod dictio interpretata missis, potest referri ad principes & ad interpretēs potest enim legi missoriū: ita quod venerint magnates cum interpretibus, vel venerint interpretēs missi à principibus. Nec est dubium quod de mirabili retrocessione solis quās futuri

Hhh Venerint

SECUNDI PARALL.

venerint ad agnoscendum seriem rei gestae ex ore ipsius Ezechiae regis. Derelictio autem Ezechiae à supremo iudice nihil aliud est quam negotio gratuti auxiliū relinquendo Ezechiam ipsimet Ezechiae in aduentu illorum legatorum. & hoc ad tentandum ipsum Ezechiam (hoc est ad instar tentantis quantum valent vires Ezechiae ad beneficiendum, ad non peccandum in huiusmodi laudibus) ut hinc ad instar experientia comprobantis sciret quicquid erat in corde Ezechiae.

Aduerte prudens lector quod istarum trium actionum attributarum Deo (videlicet relinquere, tentare & scire) prima duntaxat conuenit Deo propriæ aliae vero duæ metaphorice attribuuntur Deo hic, quemadmodum & irasci & pœnitere. dicitur enim Deus tentasse Ezechiam & inde cognouisse cor eius elatum, quia ad instar tentantis & experientia cognoscentis, effectum fecit: videlicet in manifestum producere valorem rei quæ probatur. manifestauit enim quātum valeret cor Ezechiae ad aliorum exemplum, & ut ipse Ezechias nosset seipsum & humiliis corde pœnitens emerget.

Reliqua autem verborum lechizæ iahu & gratia eius: ecce ipsa scripta sunt in visione Iesab' iahu filii Amoz prophetæ & in libro. Legédu est sine & in libro Regū Iehuda & Irael. sonat siquidem litera Esaiam fecisse librum regum Iudeæ & Israel, quo catemus. Dormiuistque lechizæ iahu cum patrius suis, & sepelierunt cum supra sepulchra. Hebraicè habetur. in optimo sepulchrorum siliorum Danid. Electus locus ceteris ex stirpe Dauidis præstantior propter Ezechiae merita narratur. & celebravit exequias eia. Hebraicè habetur. & honorem fenerunt ei in morte eius totus Iehuda & habitatores Ierusalaim. ita quod à toto regno honoratus est mortuus, & non solum à Ierosolyma. & regnauit Menasses filius eius pro eo.

CAPVT XXXIII.

**M**Ulus duodecim annorum erat Menasses cum regnare capi: & quinquaginta quinque annis regnauit in Ierusalaim. Fecitque malum in oculis domini: iuxta abominationes gentium quas expulit dominus à facie siliorum Israel. Et conuersus. Iuxta Hebraum habetur. Et reuersus est & adificauit excelsa quæ demolitus fuerat Iesab' iahu pater eius. Quatenus rex, reuersus dicitur ad idola, sicut a deo à qua recesserat pater eius Ezechias. & erexit aras Behalim & fecit lucos, & adorauit omnem militiam. Hebraicè habetur. exercitū cali. sole videlicet

CAPVT XXXIII.

416

videlicet lunā & stellas. & coluit eos. Adificauitque altaria in domo domini: de qua dixerat dominus, in Ierusalaim erit nomen meum in eternum. Et adificauit aras toti exercitui cali, in duabus atriis domus domini. Transireque fecit filios suos per ignem in valle Ben' bin-nom, & obseruabat somnia. Hebraicè habetur tempora. Deinde immediate subiunguntur incantationes, maleficia, pythones & magi, quæ interpres aliiis vocabulis protulit. & seculabatur auguria & maleficia artibus inserviebat, & habebat secum Magos & incantatores: multiplicans facere malum in oculis domini irritando eum. Sculptile quoque & constatile signum quod fecerat. Hebraicè nihil habetur de conflatili, posuit in domo domini. Nomen est Elohim tam hic quam cum subiungitur locutus est dominus. de qua dixit dominus ad David & ad Solomonem filium eius, in domo hac & in Ierusalaim quam elegi de omnibus tribubus Israel ponam nomen meum in eternum. Et non addam ut mouere faciam pedem Israel de terra quam tradidi patribus eorum: duntaxat si custodierim facere omnia quæ precepisti eis, totam legem & statuta & iudicia in manu Moysis. Igitur Menasses seduxit. Hebraicè habetur. Et fecit errare Menasses Iehudam & habitatores Ierusalaim: ut facerent malum præ gentibus quas subuerterat dominus à facie siliorum Israel. Major iniquitas quam fuerit iniquitas etiamicorum attribuitur regi, tanquam inducenti populum ad tantum scelus.

Locutusque est dominus ad Menassem & ad populum eius, proculdubio per prophetas. & attendere voluerunt. & adduxit dominus super eos principes exercitus regis Assur: ceperuntque Menassem, & vinclerunt cum compedibus & duxerunt eum in Babel. Historia Manassis scripta est & tractata quarti Regum 21. sed ista captiuitas ibi nō fuit scripta. non ipse rex Assyriorum venit, sed principes exercitus eius venerunt aduersus Manassem. Modus autem quo ceperunt Manassem, non est authenticè scriptus. Iosephus tamen dicit fuisse eum dolo capitum. nihil enim scribitur de conflitu bellico, sed duntaxat quod captus & vincitus ductus est in Babylonem. Nec scitur quanto anno regni eius hoc acciderit. qui postquam coangustatus est. Hebraicè habetur. Et angustado eum, oravit faciem domini Dei sui. Quales sunt angustiae illarum vincto regi nescim⁹: sed quæ angustantib⁹ eū oravit summū Deū. & egit pœnitentiā valde corā Deo. Hebraicè habet, & humiliatus est valde à facie Eloha patrum suorum. Vexatio dedit intellectum ut resipisceret.

Hhh q Orat.

SECVNDI PARAL.

Orantque ad eum & obsecravit intente, & exaudiuit deprecationem eius. Verè clementissimus Deus & promptus ad miserendum, reduxitque eum in Ierusalaim in regnum suum. Modus quo rex Assyriorum restituit eū in regnum, non est scriptus. tempus autem carceris insinuator breuissimum, ex eo quod nullus legitur electus rex interim in Ierusalē, & cognovit Menasses quod Iehouah ipse Elohim. Collata idolatria priore cum beneficio accepto à summo Deo statim ut resipuit, cognovit qd Iehouah in lege Mosis & in prophetis prædicatus creator celorum & terræ, ipse est gubernator & iudex omnium. Et hinc insinuator quod Menasses prius nō credebat summū Deum gubernare hæc humana: & propterea tantā iniquitatū mollem cōstruxit. Et post hec adificauit mūnū extra ciuitatem David ad occidentem Gihon in torrē, & ad introitum in portā piscium & circundedit Hophel, & exaltauit ipsum valde: cōstitutq; principes exercitus in omnibus ciuitatibus munitis in Iehuda. Et abstulit deos alienos & simulachrum de domo domini. Ecce effetus veræ pœnitentia, & omnes aras quas extruxerat in monte domus domini. hoc est in mōte Mori' iah. & in Ierusalaim: & proicit extra ciuitatē. Aedificauitque altare domini & immolauit super illud vietas paciforum & laudē, hoc est munera pro libertatis beneficio recepto. præcepitque Iehudæ ut seruiret domino Deo Israel, alioquin non fuisset integra pœnitentia. Adamen adhuc populus immolabat in excelsis, duntaxat domino Deo suo.

Reliquum autem verborum Menassis & oratio eius ad Deū suum, & verba videntium qui loquebantur ad eum in nomine domini Dei Israel: ecce continetur in sermonibus regū Israel. Oratio quoque eius, exauditio, & omnia peccata, & prævaricationes eius, & loca in quibus adificauit excelsa & fecit lucos & statuas antequam ageret pœnitentiam: ecce ipsa scripta sunt in sermonibus Chozai. Hoc libro caretus. Dorminitque Menasses cum patribus suis, & sepelient eum in domo sua: & regnauit Amon filius eius pro eo.

**F**ilius viginti annorum erat Amon cum regnare capi: & duobus annis regnauit in Ierusalaim. Fecitque malum in oculis domini sicut fecerat Menasses pater eius: & omnibus idolis quæ fecerat Menasses pater eius immolauit Amon, & coluit eū. Et non est reueritus faciem domini, sicut reueritus est Menasses pater eius: & multo maiora deliquerit. Hebraicè habetur. quia ipse Amon multiplicauit delictum. Pater eius amputauerat delictum pœnitendo, ipse vero impenitens multiplicauit. De coniuratione autem cōtra

CAPVT XXXIII.

427

tra Amon facta, idem hic scribitur & in quarto regum. Coniurauerintque contra eum servi eius: & interfecerunt eum in domo sua. Percusitque populus terre omnes qui coniurauerant cōtra regem Amon: & regem constituit Ios̄ iahu filium eius pro eo.

CAPVT XXXIII.



Illi⁹ octo annorum erat Ios̄ iahu cū regnare cōcipit: & triginta & uno annis regnauit in Ierusalaim. Fecitque rectum in oculis domini: & ambulauit in viis David patris sui, neque declinauit ad dexteram & sinistram. Oītauo autem anno regni sui cum adhuc esset puer, capi quācere Deum patrem sui David: & duodecimo anno capit mundare Iehudā & Ierusalaim ab excelsis, & lucis, & simulachris, & sculp̄ib⁹bus. Destruxeruntque coram co aras Bechaim, & simulachra que erant super eas demoliri fecit. Aiunt per dictiōnem redditum simulachra significari quādā dicata soli in excelsis valde. & lucos & sculp̄ilia. Deficit & conflatilia: legendum est. & sculp̄ilia & conflatilia fregit & comminuit. Sed de his non oportet esse sollicitum: in quarto enim regum gesta Ios̄ diffusè scripta sunt cap. 22. & 23. & super tunulos eorum qui eū immolare consueverant fragmenta dispergit. Os̄aque sacerdotium combusit super altaria: & mundauit Iehudam ac Ierusalaim. Et in ciuitatibus Menassis & Eph̄ raim & Simbon usque ad Naphthali in desolationibus eorum per circummitum. Demolitusque est altaria & lucos, & simulachra contritus in frusta, & omnia simulachra demolitus est in tota terra Israel: & reuersus est in Ierusalaim.

Anno autem decimoītauo regni sui mundata iam terra & templum ab idolatriis renouatis à patre suo Amon. misit Saphan filium Azal' iahu & Mahase' iahu principem ciuitatis & Ioacham à commentariis ad instaurandum domum domini Dei sui. Venerantque ad Chilci' iahu sacerdotem magnum, acceptāque pecuniam ab eo quæ illata fuerat in domum domini. Hebraicè habetur. & dederunt argentum illatum in domum Elohim. Collectorē dederunt argentum coram pontifice & nunciis regis: collectorē autem subiunguntur Leuitæ custodes malluuij, quanuis vulgata ædificio habeat Leuitæ & ianitores, quod congregauerant Leuitæ & ianitores de Menasse & Eph̄ raim & de tota residuo Israel. Ab Uniuersis Israëlitis qui supererant in partibus illis narratur collecta pecunia per Leuitas. & de toto Iehuda & Bin' iamin: & habilitatoribus Ierusalem. Hebraicè habetur. Hhh iij betur.

SECVNDI PARALL.

hei. & reuersi sunt ad Ierusalaim. Collectores Leuitæ discurrent per Manassem Eph'raim Iudam & Ben'iamin & vniuersas reliquias, & reuersi sunt in Ierusalem. prius enim morte solito narratum est quod dederunt argentum; & deinde narratus est modus quo collectum est argentum. Tradidicuntq; in manum eorum qui praeerant operibus in domo domini ad sartendum & roborandum domum. Et illi dederunt ipsum artificibus & cementariis ad emendum lapides excisos, & ligna ad commissuras; & ad contignum domos quas destruxerant reges Ichuda. Et vivificabant fideliter in opere; & super eos ordinati erat Iachab & Hobad iahu Leuita de filio Merari, & Zecharia, et Mesullam de filio Cehathitarum ad solicitandum; & omnes Leuita in instruendis cantus intelligentes. Super biiulos vero & solicitatores omnium laborantium in quolibet opere, erat de Leuitis scriba, & praefecti, & sanctiores.

Cunque efficerent pecuniam que illata fuerat in domum domini, reperit Chilci iahu sacerdos librum legis domini, qui datus fuerat in manu Mosis. Superfluit qui datus fuerat: hebraice enim habetur, librum legis Ichonah in manu Mosis. Et referunt ad legem manus Mosis. est enim sensus, librum legis diuinæ non latè à Deo per prophetam quemcumque, sed per Noelem. Responditq; que Chilci iahu & dixit ad Saphan scribam librum legis reperi in domo domini: & tradidit ei. Saphan autem attulit librum ad regem, & retulit preterea regi verbum dicendo: omne quod dedisti in manum seruorum tuorum ipsi faciunt. Conflaueruntque argentum quod inueniēt in domo domini: & tradiderunt illud praefectis & facientibus opus. Nunciauit quoque Saphan scriba regi dicendo, libru dedit mihi Chilci iahu sacerdos: & legit in eo Sapha corā rege.

Cunque audisset rex verba legis, scidit vestimenta sua, horrore offendarum commissarum in Deum à patribus suis & populo, adiuncto timore pœnaturum in libro committitur. Et præcepit rex Chilci iahu, & Achicam filio Saphan, & Habdon filio Michæ, & Saphan scriba, & Hasa'ia seruo regi dicendo. I te cōsulte dominū pro me & preliquis in Israël & in Ichuda super verbis libri qui reperitus es: magnus enim furor domini stillauit super nos. Rectius legeretur, quia magna ira Iphouah que adiecta est in nos, stillatio enim minorem punitio, em inficiat. eo quod non custodierunt patres nostri verbum domini ut facerent iuxta omne quod scriptum est in libro hoc.

Abiitq; Chilci iahu & qui erant regis ad Chulda prophetam  
vñorem

CAPVT XXXIII.

428

vñorem Sallum filii Thoc'hath filii Cha're custodis vestium. Non mulier, sed maritus eius custos significatur: est enim masculini generis, que habitabat in Ierusalaim in secunda. Ut in quarto regum diximus, dictio hebraica interpretanda erat, in repetitorio. vide ibi ca. 2. & locuti sunt ad eam iuxta hoc. Quæ respödit ei, sic dixit dominus Deus Israel: dicate viro qui misit vos ad me, Sic dixit dominus: ecce ego adduco malum super locū istū & super habitatores eius, omnia maledicta que scripta sunt in libro quæ legerunt coram rege Ichuda. Pro eo quod dereliquerūt me & thurificauerūt diis alienis, ut me ad iracundiam provocarent in omnibus operibus manuū suarum: stillabitq; furor meus in locū istū & nō extinguetur. Ad regem autem Ichuda qui misit vos ad consulendum dominum sic dicitur: sic dixit dominus deus Israël quoniam audisti verba voluminis. Heb. habetur. verba que audisti, tum ex libro tum à me, sic dixit Iehouah Eloha Israël. Deinde immediate sequitur. Pro eo quid tenerū factum est cortuum & humiliatus es à facie Elohim cū audisti verba eius super locum istum & super habitatores eius, & humiliatus es coram me, & scidisti vestimenta tua, & fleuisti corā me: et etiā ego exaudiui te dicit dominus. Sententia est clara. Tācū, Parui referet q; hebraice habet. Ecce ego colligam te ad patres tuos & colligeris ad sepulchrū tuum in pace. Beneficiū dilationis tācū ruine promittitur, nec videbunt oculi tui corporei. omne malum quæ ego adduco super locū istū, & super habitatores eius. Per oculos vñuersi sensus significatur, promittitur enim Iosia quod à sensibili notitia (qualis est quæ habetur in presenti vita) exemptus erit: quoniam pœnalis vnde fuisset, nec propter ea priuatus est intellectuali notitia in limbo existens malorum quæ passi sunt in hac vita filii eius. Et bene nota q; non dico animam Iosia in limbo nouisse mala filiorum: sed dico ex hac prophetia nō significari ipsum priuatum talis notitia, & retulerunt regi verbum.

Misitq; rex, & congregavit omnes seniores Ichuda & Ierusalaim, & ascendit rex in domum domini & omni vir Ichuda & habitatores Ierusalaim, & sacerdotes, et Leuita, & totus populus à magno usque ad parvum. Sanctus rex quāuis à muliere propheticō spiritu loquente audierit firmatam esse diuinam sententiam, non destitit tamen cū vñuerso populo facere quod in se est ad placandum summum Deum, & legit in auribus eorum omnia verba voluminis. Deficit, faderū inueniēt in domo Iehouah liber, n. legis inueniēt in domo appellat liber fœlēris, quia cōtinebat

Hhh iiiij fœdus

## SECUNDI PARALI.

fœdus inter Deum & populum. Stetitq; rex in loco suo, & per-  
cubuit fœdus coram domino ut ambularet post dominum & custodi-  
ret precepta & testimonia & statuta eius in toto corde suo & in to-  
ta anima sua: faciendo verba fœderis scripta in libro hoc. Optimus  
rex ipse primus se obligat, ut alios ab exēplo trahat ad idem.  
Adiurauit quoque super hoc. Parui refert quod hebraicè habet.  
Et fecit stare omnem inuentum in Ierusalaim & Bin'iamin. Absq;  
adiuratione fecit quod populus quoq; fœdus iniret cū sum-  
mo Deo. & fecerunt habitatores Ierusalaim iuxta pactum Dei,  
Dei patrum suorum. Vtrobiqu; est nomen Elohim. Abslutiq; Io-  
s; iahu omnes abominationes de omnibus terris filiorū Israe, & fe-  
cit omnes qui residui erant in Israel seruire domino Deo suo. heb.  
habetur. Iehouah Elohe eorum. Deinde immediate sequitur,  
cum illis diebus eius non recesserunt à domino Deo patrum eorum. Vi-  
de quā efficax sit exemplaritas principis perseverans.

## CAPVT XXXV.

**E**ccl: Ios; iahu in Ierusalaim pascha domino: & im-  
molauerunt pascha quartadecima diē mensis primi. Et  
constituit sacerdotes in custodia suis: hortatusque est eos  
ad ministerium domus domini. Leuitisque ad quorum  
eruditionem omnis Israe sanctificabatur domino, locutus est: ponite  
arcam in sanctuario templi. Hebraicè habetur. Nite arcam san-  
ctitatis in domo quam edificauit Salomo filius David rex Israe.  
Nisi fuisset prius extracta arca Dei ē templo, nō dixisset Ios;  
ias Leuitis ut ponerent arcam sanctitatis in domo quam edifi-  
cavuit Salomon. quando autem fuerit inde educata & ubi  
interim manserit, scriptura tacet. Ex hoc autem quod arca  
Dei quæ erat maximum sacrum extracta narratur de tem-  
plo, insinuat quod omnia alia aut extracta aut prophanata  
fuerint. timuerunt autem idolatræ prophanare arcam Dei,  
memores eorum quæ acciderant Pelithinis & Bethsemitis  
& Ozæ, quæ scripta sunt in primo libro Regū: & propterea  
maluerunt ut ex templo educeretur. Iosias autem religiosissi-  
mus fecit eam reduci in templum, nequaquam enim eam ultra  
portabis, nūc seruite domino Deo vestro et populo eius Israe. Ean-  
dem sententiā protulerat olim David ad eundem finem: vi-  
delicet quod quia non essent subituri onus vehendi arcam  
humeris collocata iam arca in templo, vacarent diuinis offi-  
cios. Innuit autem verba hæc quod redierant Leuitæ ad pri-  
stinum onus, scilicet vehēdi arcam humeris sicut antè edifi-  
catio-

## CAPVT XXXV.

429

cationem templi faciebant. & propterea coniectura hincha-  
betur, quod non paruo tempore nec in uno duntaxat loco fue-  
rit arca extra templum post idolatriam Regum Iude; reditus  
enim Leuitaruu ad officium pristinum hoc innuit. Leuitæ  
autem hoc in loco non distinguunt contra sacerdotes: nam  
gestare humeris arcam Dei, plus sacerdotum erat quā Leui-  
tarum. Et preparate vos per domos patrum vestrorū in divisionibus  
vestris: scripsit David rex Israe, & iuxta scripturā Selomonis  
filii eius. David ergo principaliter, Salomon autem conse-  
quenter scriptis divisiones sacerdotum & Leuitarum. Et mini-  
strate in sanctuario eius per familias turmasque Leuiticas. Iuxta  
Hebraū habetur. Et stabitis in sanctuario ad divisionem domus  
patrum, fratribus vestris filii populi: & divisionem domus patrum  
Leuitis. Ita iacet in hebreo. Et quanvis obscura sit litera, sen-  
sus tamen est quod Leuitæ stent in sanctuario secundum di-  
visiones patrum, divisiones inquam domorum secundum pa-  
trices Leitarum, stent autem ad ministeria diuina opportu-  
na fratribus suis filiis populi: hoc est vniuersis Israelitis, hoc  
enim ad euitandam confusionem ministrorum cum populo  
sanctissime decretum est. Deinde immediate sequitur. Et in-  
gulabitis pascha: & eritis sanctificati: & facietis preparare fratres  
vestros, ad faciem lum sicue verbum Iehouah in manu Mosis. Sen-  
tentia clara est, mandat enim executionem decretorum per  
Mosem, quæ scripta sunt in libro Exodi principaliter.

Dedit propterea Iosias omni populo qui ibi fuerat inuenitus in solé-  
nitate phasæ agnos & hedos de gregibus & reliqui pecoris triginta  
millia. Hebraicè habetur. Et largitus est Ios; iahu filiis populi  
ovium, agnorum & filiorum caprarum (omnium pro paschalibus)  
omni inuenio in numero triginta millia, & boum tria millia: hac de  
substantia regi. Priorū triginta millia & tria millia bouū dedit  
rex, nō q; boues neq; oves immolarētur pro agno paschali,  
sed vt in illis diebus solemnitatis paschalibus haberent festivas  
victimas. Et ad hunc eundem vsum intellige subiunctas lar-  
gitiones. Duces quoque eius sponte quod rouerant obtulerunt tam  
populo quam sacerdotibus & Leuitis. Hebraicè habetur. Et prin-  
cipes eius voluntatis populi sacerdotibus & Leuitis elevaverunt. ap-  
pellant enim elevationem, largitionem relatam in Deum. Et  
hæc clausula initium est subiunctionum. inchoat siquidem à  
largitione quam principes regis profusè fecerunt tum popu-  
lo quātum voluit, tum sacerdotibus, tum Leuitis, & subiun-  
guntur

guntur postea in specie diuersi principes diuersa largientes, sufficientia autem oblatorum significatur dicendo voluntati populi sacerdotibus & Leuitis: insinuatur enim quod quantum volebat populus largiti sunt. porro Chilci' iah, & Zechar' iah, & Iecheziel duxit domus Elohim. Absque alia nota continua- tia subiunguntur immediate isti tres sacerdotibus dederunt pro paschalibus duo millia & sexenta, & boues trecentos. Chonan' iah autem, & Semah' iah, & Neithan' el fratres eius, et Chasab' iah, & Iehiel, & Iosabad principes Leuitarum: eleuauerunt Leuitis pro paschalibus quinque millia, & boues quingentos. Dixerat in gene- re principes eius, dicit modo in individuo quod isti tres duces domus Elohim dederunt sacerdotibus: praeter id quod principes regis dederunt, narratur in specie quid dederint principes regis ex tribu Leuitica, primum principes sacerdo- tum sacerdotibus & deinde principes Leuitarum Leuitis.

Præparatumque est ministerium: & steterunt sacerdotes in loco suo & Leuita in divisionibus suis iuxta præceptum regis. Immolaueruntque pascha: & asperserunt sacerdotes manus suas sanguine. Hebraicè habetur. & asperserunt sacerdotes de manu eorum. Pronome eo- rum populum demonstrat, ad differentiam temporis Ezechiae quo sacerdotes asperserunt de manu Leuitarum suppléri um- vices immundorum. ad insinuandum itaque quod populus non erat immūdus (sicut fuerat tempore phæse celebrati sub Ezechia) sed quod tempore Iosiae populus erat sanctificatus, scribitur quod sacerdotes asperserunt sanguinem secundum legis ritum circa altare de manu eorum qui immolabant. & Leuita detraxerunt pelle holocaustorum. Hebraicè habetur. & Leuita spoliantes. proculdubio animalia quæ offerebātur. hoc enim propter multitudinem magnam etiam tempore Eze- chiae factum legitur. Et separauerunt ea ut darent per domos & familias singulorum. Hebraicè habetur. Et remouerunt holocau- stum in terminando ea. Et appellatione holocausti interligitus adeps animalium qui cremabatur Deo in modum holocau- sti. Et est sensus quod sacerdotes remouerunt à multitudine victimarum portionem illam quæ cremabatur Deo vique- quo terminata esset huiusmodi removio ab omnib⁹ victimis. Et immediate subditur. divisionibus domui patrū filii populi ad offerendū lehouah sicut scriptum est in libro Mosis: & sic bobus. Ordinata oblatio describitur: ita q̄ secundū divisiones familia- rū populi offerebāt victimas iuxta ritum legis, sacerdotibus remouentibus

remouentibus portionem cremandam Deo. Et hec non so- lū in victimis ex oviis & capris, sed etiam ex bobus ser- natum scribitur. Et coxerunt pascha in igne iuxta ritum pacificas vero hostias coxerunt in lebetibus & cacabis & ollis, & festina- d distribuerūt omnibus filiis populi. Sibi autem & sacerdotibus postea preparauerunt, quia sacerdotes filii Aharon in oblatione holocausti & adipum usque ad noctem fuerunt occupati: Leuitaq; prepara- uerunt sibi & sacerdotibus filiis Aharon. Porro cantores filii Asaph stabant in ordine suo iuxta præceptum David & Asaph & Heman & Ieduthun prophetarum regis. Hebraicè habetur. videntis regis. Singularis numeri est, & ad Ieduthun directè refertur. & ia- nitores ad singulas portas obseruabāt: non erat enim recedenium à mi- nisterio suo, quia fratres eorum Leuite preparauerunt eis.

Præparatumq; est omne ministerium domini in die illa ad facien- dum pascha, & ad offerendum holocausta super altare domini: iux- ta præceptum regis Ios̄ iah. Fecerintque filii Israël inueniti pascha in tempore illo & solennitatem azymorum septem diebus. Et non est factum pascha simile huic in Israël à diebus Samuel propheta. Præfertur celebritas paschalis tempore Ios̄iæ reliquis præ- ritis tam tempore iudicium (quorum ultimus fuit Samuel) quam tempore regum, non solum Iudæ, sed etiam Israel: vt fuerūt Saul. Iaud & Salomon, præfertur autem quo ad hoc quod fuit celebratum solenniter ab omnibus Israelitis qui erant in terra promissionis: in aliis enim celebrationibus nū- quam conuenerunt omnes, sed aliqui remanebant qui non celebrauerunt pascha, hanc enim singularitatē significant sub- iuncta verba iuxta hebraicam veritatem. & omnes reges Israël non fecerunt sicut Pesach quod fecit Ios̄ iah & sacerdotes & Le- uitæ & omnis Iehuda & Israel inuenitus, & habitatores Ierusa- laim. significanter enim dicitur & omnis Iuda & Israel in- uenitus, vt hinc intelligamus hanc fuisse singularitatem hu- ius phæse quod celebratum est ab omnibus Israelitis inuenitis in terra promissionis. Decimoctavo anno regni Ios̄ iah, factum est pascha hoc.

P ostquam instauraverat Iosias templum. Hebraicè habetur. Post omne istud quod fecit præparare Ios̄ iah domum. pro- culdubio Dei. Et est iensus, post omne istud & quod præpa- rauit etiam domū Dei, ascendit Necho rex Aegypti &c. Post tot bona opera describitur subiectus modus quo mortuus est rex Iosias: vt intelligamus diuinā gratiam etiā tempore veter-

## SEGUNDI PARALI.

ris testamenti concessam amicis dei non secundum temporel vitam quamuis concupitam. ascendit & echo rex Aegypti ad pugnandum in Charchemis iuxta Euphratrem. Aliunt Charchemis esse nomen ciuitatis: sed an sit in terra promissionis non inuenio: & propterea incertum restat an significetur terminus quo tendebat rex Aegypti, an locus ad quem peruererat tunc. & egressus est in occursum eius Iosé iahū. Misitq; ad eum nuncios dicendo quid mihi & tibi est rex Iehuda. subaudi cōmune est litigandum? nulla inter nos materia belli. non contrate hodie venio, sed contra aliam domum pugno. Hebraicē habetur. non super te hodie quis ad domum bellime. Et est sensus, non contra te venio quia ad domum materiam belli mei proprio. Et appellat domum belli sui, domum hostem sibi, ad quam deus festinat me ire praecepit. Hebraicē habetur. & Elohim dixit ad stupefaciendum. Dicitio hebraica significat non qualecunq; stupefaccere, sed stupefacere reddendo attonitos. Et est sensus quod deus disposuit me in hoc progressu ad reddendū alios attonitos, hoc est ad tam mirabile opus faciendum ut alii stupefacti quasi attoniti. designe aduersum deum facere qui mecum est, ne interficiat te. Hebraicē habetur. Declina tibi ab Elohim qui mecum & non perdet te. Congressum suum deo tribuit rex Aegypti, monendo Iosiam ut non occurteret sibi.

Noluist autem Iosé iahū reuerti, sed preparauit cohtra eum præliū, nec acquieciuit sermonibus Necho ex ore Dei. Nomen est Elohim. Si inculpabilis fuisset occursus Iosiaz aduersus regem Aegypti, non diceret scriptura quod non audiuat verba Necho ex ore Elohim. affirmatur itaque & quod verba regis Aegypti processerunt ex ore Elohim summi vniuersorum iudicis, & imputatur Iosiaz quod non audiuit huiusmodi verba. Ratio autem imputationis non est quod debuerit credere verba illa esse verba dei: sed quod audita diuina legatio quae se fungi dicebat rex Aegypti, debebat deum conuulere, & nō absq; diuino oraculo persistere in excepto occursu. sed perrexit ut dimicaret in campo Megiddo. Megiddo nomen est ciuitatis cuius regem cepit Iosua: vt scribitur Iosua, 12. Et hinc appetet quod infra terminos terræ promissionis transibat rex Aegypti. Et hac occasione motus creditur Iosias ad bellū contra regē Aegypti: quamuis rationabilior belli causa videatur timor ne expugnato vicino regno ab Aegyptiis, expugnaret postea regnum Iudeæ.

ibid;

## CAPVT XXXVI.

438

Iblq; vulneratus à sagittariis, dixit pueris suis: educite me de praedio quia oppidū vulneratus sum. Iuxta hebreū habetur. facite transire me quia ægrotavi valde. Et transire fecerunt cum serui ciui de curru, & equitate fecerunt eum super currum secundum qui et. Non manifestauit se vulneratum, sed quasi ægrum se transferri in alterum currum præcepit, ne exterriteret exercitum suum. & asportauerunt eum in Ierusalaim, & mortuus est & sepultus in sepulchris parum suorum. Non caret quæstione quod in quarto Re.ca. 23. legitur Iosias occisus in Megiddo, hic vero narratur ductus in Ierusalem & mortuus. Solutio est quod licet Iosias viuus migrauerit de curru in currum, non tamen viuus peruexit in Ierusalem: nam clare ibidem dicitur quod de Megiddo mortuum adduxerunt. nec hic dicitur quod viuus venerit in Ierusalem: quamuis narretur prius ductio Ierusalem quam mors: sapientia enim ordo rei gestæ non est secundum ordinem narrationis. totuq; Iehuda & Ierusalaim luxerunt eū. Lamentatusq; est Ierimæ iahū super Iosé iahū, & dixerunt omnes cantores & cantatrices in lamentationibus suis de Iosé iahū usque hodie & dederunt hoc in statutum super Israel: & ecce scriptum est in lamentationibus. Ieremiæ propheta.

Reliqua autem verborum Iosé iahū & gratia eius que lege precepta sunt dominus Hebraicē habetur, sicut scriptum in libro Iehouah. Et refertur ad reliqua gesta Iosiaz. Declaratur enim quod fuerunt recta sicut scriptum est in libro Iehouah: hoc est in libro Mosis continente diuinam doctrinam. opera quoque eius priora & posteriora, ecce ipsa scripta sunt in libro Regum Israel & Iehuda.

## CAPVT XXXVI.

 Vlt̄q; populus terre Iehachaz filiū Iosé iahū: & constituit eum regem pro patre eius in Ierusalaim. Filius viginti trium annorum erat Iehachaz, cum regnare coepit: & tribus mensibus regnauit in Ierusalaim. Amonis autem cum rex Aegypti cum venisset in Ierusalem. Iuxta hebreū habetur. & amonis eū rex Aegypti in Ierusalaim. In quarto lib. Re. cap. 23. scribit q; rex Aegypti in Reblatha vinxit eū: sed & Iosephus dicit q; rex Aegypti misit pro eo &c. Solutio est q; quanuis possit dici q; rex Aegypti venerit in Ierusalem & ibidem priuauerit Iehachaz regno, non tamen ibidem eum ligauerit sed in ciuitate Reblatha & sic concordare hanc literam cum libro Regum potest tamen dici q; scriptus hic locus (videlicet in Ierusalem) non designat locum regis Aegypti:

pti: ita quod non est ordo literæ & rex Aegypti in Ierusalem amovit eum, sed designat locum pronominis: & est ordo literæ quod rex Aegypti amovit eum in Ierusalem. vt sit sensus quod in ipsa ciuitate Ierusalem facta est amotio eius à regno autoritate regis Aegypti. mandauit siquidem rex Aegypti absens à Ierusalem, vt loachaz regnans in Ierusalem non regnaret sed frater eius maior: & sic est priuatus regno in ipsa ciuitate Ierusalem. Et hic sensus complectendus est ad literā. reliqua exposita vide in libro Regum. & condemnauit terram centum talentis argenti & talento auri. Et regem constituit rex Aegypti El'iacim fratrem eius super Iehudam & Ierusalaim, & vertit nomen eius Ieho' iacim: lehoachaz verò fratrem eius tulit Necho & adduxit eum in Aegyptum.

Filius vigintiquinque annorum erat Ieho' iacim cum regnare capiit, & undecim annis regnauit in Ierusalaim: fecitq; malum in oculis domini Dei sui. Contra hunc ascendit Nabuchodonosor rex Chaldeorū. Iuxta Hebræum habetur. Super cū ascipit Nebu' chadnezar rex Babel. Et nihil dicitur de Chaldaea. & vincitum catus duxit in Babylonem. Iuxta hebræum habetur, & ligauit eum in catenis ad faciendum ire ipsum ad Babel. Aduerte prudens lector q; de isto loachim filio Iosiae rege Iudee scribitur Iere. vigesimo secundo, sepultura asini sepelietur vii ra portas Ierusalem. & propterea q; hic dicitur vincitus ad hoc vt duceretur in Babylonem, intellige factum fuisse quo ad vincula, sed non quo ad ductionē in Babylonem: sed iuxta prophetæ vaticinium occisus est & inhumatus relictus iuxta muros Ierusalem, vt Iosephus narrat. Ad quam & vas domini. Iuxta hebræum habetur. Et ex vas domus Ichouah adduxit Nebu' chadnezar ad Babel: & posuit ea in templo suo in Babel. Dicendo ex vasis, insinuat q; non omnia va'a ex templo abstulit. Reliqua autem verborū Ieho' iacim & abominationes eius quas fecit & quod inuenientur est in eo, ecce ipsa scripta sunt in libro Regum Israel & Iehude: & regnauit Ieho' iacim filius eius pro eo.

Filius octo annorum erat Ieho' iacim cum regnare capiit. Hic numerus annorum scribitur in hebræo: sed errore scriptorū factum esse, testatur liber Regum capitulo vigesimo quartro dicens, q; octo & decem annorum erat iste loachim. testatur & subiuncta hic clausula dicens de isto, & fecit malum in oculis Ichouah: filius enim octo annorum vix est capax dolii. & tribus mensibus & decem diebus regnauit in Ierusalaim: fecitq; malum

malū in oculis domini. Cūq; anni circulus volueretur. Parui referunt q; hebraicè habetur. Et in reuersione anni. ab occidente loachim patris istius. ita q; à tempore quo Nabuchodonosor venerat in Ierusalem facturus supra scripta, supputatur ista reuersio anni. Et ex hac supputatione habetur quod iste loachim nō cœpit regnare in Ierusalem statim mortuo patre: quia regnauit tantum mensibus tribus & diebus decem. interregnū enim multis mensibus fuit propter cladem quam fecerat rex Nabuchodonosor in Ierusalem. misit res Nebu' chadnezar. In libro Regum scribitur & q; misit, & quod etiam ipse superuenit: quod ultimum hic tacetur. nuncios qui & adduxerunt eum in Babylonem. Iuxta hebræum habetur, & fecit venire cum in Babel, cum vas desiderabilibus domus domini. Et hæc litera quadrat scriptis in libro Regum. regem vero constituit Sedechiam patrum eius. Iuxta Hebræum habetur. Zidci' iahu fratrem eius super Iehudam & Ierusalaim. Reuera Sedechias paterus erat istius loachim & in quarto Regum scribitur: sed hic appellatur frater eius ea scripturæ consuetudine qua consanguinei appellantur fratres.

Filius viginti & unius annorum erat Zidci' iahu cum regnare cœpit: & vñq; cim annis regnauit in Ierusalaim. Fecitq; malum in oculis domini dei sui: nec erubuit faciem Ieremia propheta loquëtis ad se in ore domini. Iuxta hebræum habetur. non fuit humiliatus à facie Iirm' iahu propheta ex ore Ichouah. subaudi loquëtis ad eum. Diffusè hæc scripta sunt in libro Ieremias. Eto iā à rege Nebu' chadnezar defecit qui adiurauerat cum per deum. Nomen est Elohim. & fit specialis mentio huius iuramenti, eo quod nomen hoc sonans illi imposuit Nabuchodonosor, vt iugiter p̄x oculis haberet diuinæ iustitiae fidem: vt in libro regum declarauimus. & indurauit cervicem suam & cor. Manca est litera: legendum est. & roborauit cor suum, ne recuerteretur ad dominum deum Israel. Cervicem induravit vt nō flesceretur sub iugo Dei: cor autem roborauit ad persistendum in malo. Etiam omnes principes sacerdotum & populus multiplicauerunt prauaricationis iuxta omnes abominationes genitum: & polluerunt domum domini, quam sanctificauerat in Ierusalaim. Manifestatur peccatum fuisse commune regi, principibus sacerdotum omnibus & populo: vt cognoscamus iustissimā fuisse pœnam subiunctam.

Misit

SECUNDI PARALL.

Misit autem dominus deus patrum eorum ad eos per manum nunciorum suorum, de nocte confurgens & quotidie commonens. Iuxta hebreum habetur. diluculo surgendo. nec aliud adiungitur. & instar solliciti patris describitur deus surgens diluculo ad mittendū nuncios regi & populo ut resipiceret. eo quod parceret. Iuxta hebreum habetur. & misit quia miserebatur populo suo & habitaculo suo. Ratio mittendi prophetas diuina misericordia super templum ac ciuitatem Ierusalem describitur. At illi subeſſamabant nuncios dei. Nomen est Elohim. & parvupendebant sermones eius: illudebantq; prophetis. Hebi. habetur. & errantes in prophetis eius, negando videlicet veros dei prophetas esse Dei nuncios, immo & imponendo eis quod nō essent missi à deo: ut patet de Ieremias. donec ascenderet ira domini in populum eius; & esset nulla curatio. Clarius hebreice scribitur q; tandem misit deus prophetas vñq; quo ex parte dei esset tempus irę eius, & ex parte Israelitarum esset morbus insanabilis.

Et adduxit super eos regem Chaldaeorum, & interfecit inuenientem gladio in domo sanctuarij sui. Legendum est. sanctuarij eorum. Ac si apertius dixisset, non sanctuarii dei sed sanctuarii eorū: quoniā nō erat amplius dei. & non est misertus adolescentis & virginis, senis & decrepitiorum, ne stradidit in manu eius. Et omnia vasa domus dei magna & parva. Dictio interpretata Dei est nomen Elohim. & thesauros domus domini & thesauros regis & principum eius: omnia transtulit in Babel. Incēderuntq; domū Dei. Nomen est Elohim. Et hæc fuit ultima captiuitatis Israëlis, in qua combustum est templum. & destruxerunt murum Ierusalaim, uniuersas turrem combusserunt. luxa hebreum habetur. & omnia palatia eius combusserunt igni. quemadmodum & templo. & quicquid preciosum erat demoliti sunt. Et qui euaserat gladium ducit & est in Babel: seruauitq; regi & filiū eius, donec imperaret rex Persarum. luxa hebreum habetur. usque ad regnandum regnum Persarum. hoc est usquequo regnum Babylonis subiectum fuit regno Persarum: & consequenter Iudei translati in Babylonem subiecti fuerunt regno Persarum. Et completeretur sermo domini ex ore Hieremias & celebraetur terra sabbata sua: cunctis enim diebus desolationis egit sabbatum usquedam implementum septuaginta anni. Iuxta hebreum habetur. Ad implendum verbum Iehouah in ore Iirmé iahu, usque uera sabbata sua: omnibus diebus desolata vacavit, ad implendum septuaginta annos. Sic iacet in hebreo. Et hinc manifestatur tria, primum quod seruitus

CAPUT XXXVI.

433

seruitus captiuorū Iudeorū sub regno Babylonis seu Chaldaeorū durauit usque ad regnum Periarum. secundū q; terra Iudeæ desolata, durauit inculta eodem tempore. tertium quod hoc tempus fuit spatium septuaginta annorum. Sed aduerte quod ut pater iere. 25. & 29. anni isti septuaginta tam seruitus Babylonica quād desolatæ terræ Iudeæ non supplicantur ab ultima captiuitate quando templum fuit combustum: dirigit enim sermonem Ieremias ad populum tum captiuadū ut captiuatū cū rege Joachin nepote Iosiae. A prima ergo captiuitate Iudeæ suppūtā anni septuaginta. & verificatā seruitus Babylonica se: tuaginta annis (q; ex tunc fuit rex cum decem millib⁹ captiuos in Babylone) quād terra cœpit esse inculta: vt pote sublatis habitatoribus, & non surrogatis aliis loco eorum quemadmodum surrogati fuerant in regno Samariae. & propter hoc terra Iudeæ dicitur desolata & quiescens annis septuaginta.

**A**nno autem primo Cyri regis Persarum. Hinc clare habetur quod septuaginta anni prædicti à Ieremias, cōpleti sunt cum regno Babyloniorum. primus enim iste annus Cyri fuit primus annus regni Persarum, non absolute, sed super Babyloniam & reliqua quæ erat subiecta regi Babylonica, immo (ut aiunt) monarchia Persarum. ita quod cum dicitur anno primo Cyri, intelligitur de anno primo monarchia Cyri regis Persarum: ut testantur subiuncta ipsius Cyri verba, sonantia ipsum dominum regnorum omnium. ad explendū sermonem domini quem locutus fuerat per ostē iahū, suscitauit dominus spiritū Cyri regis Persarum. Modus quo mouit deus animum Cyri quatenus indicat secundum supremam spiritualem causam, don est scriptus in scriptura facta, sed à Iosepho explanatus: videlicet q; ostensa fuit ei propheta Esaïe prophetæ longo ante tempore adita, in qua nominatur ipse Cyrus eleuadus à Deo Israel creatore cœlorum & adificaturus templū & ciuitatē Dei & redditurus populu captiuū. hæc n. in calce ca. 4.4. & in ca. 4.5. Esaïe scripta sunt. Verba aut ipsius Cyri subiuncta quadrant huic modo. nā confitetur quod Iehouah Elohe cœlorum dedit ei omnia regna terre, que videlicet possidebat. agnoscit sibi data à summo Deo: & subiungit quod ipse deus ordinavit sibi ut adificaret illi domū in Ierusalem: & tertio subiungit liberam facultatem cuilibet ex populo Dei volenti ire in Ierusalem, hæc enim tria in

iii Esaia

Esaia continentur: & inde Cyrus accepit & agnouit prædicta esse à summo Deo per os Esaiae prophetæ. Aduerte tamen hic quod libertas eundi in Ierusalem concessa cuilibet Israelite, intelligitur sine præiudicio tertii: hoc est sine præiudicio particularium hominū qui emerant aliquos Iudeos in seruos. discerneendum siquidem est inter Israeliteis qui erat serui duntaxat regis, & eos qui erant serui aliorum virorum: nam serui regis absque auro & munere quoconque libertate donati sunt: ut Esaias prædixerat serui vero particularium dominorum redempti sunt à Iudeis diuitibus, ut Nehemias ipse testatur cap. 5. & transire fecit vocem per totum regnum suum, & etiam per scripturam dicendo. Sic dixit Cyrus rex Persarum: omnia regna terre dedit mihi dominus deus caeli, & ipse præcepit mihi ut ædificarem ei domum in Ierusalaim que est in Iehuda, qui inter vos est de toto populo eius, sit dominus deus eius cum eo & ascendat. Et sic finitur secundus liber paralipomenon: Romæ die quinto Martii. M.D.XXXII.

## THOMAE DE VIO CAIETANI CARDINALIS SANCTI XYSTI, IN LIBRVM Hezræ commentarii.



N anno primo Cyri regis Persarum. Principium hoc expositum est in fine paralipomenon. Et Cyrus iste est ille q̄ occitus est in bello apud Scythas: & caput e<sup>9</sup> Tomir regina in vre sanguinis positus, sanguinem fitisti, sanguinem bibe insultante. ut completeretur verbu domini ex ore Iirmé iahu. de reductione captivitatis Iudez post annos septuaginta: ut scribitur Iere. 25. & 29. Vbi scito quod quia authentica scriptura nō tradit numerum annorum quibus reges Babylonie regnauerunt à captiuitate soachin ne potis losse: vñque ad eorum destructionem à Cyro, ideo non possumus adamassim monstrare decursum istorum septuaginta annorum: & varie à diuersis supputatur suscitavit dominus spiritum Cyri regis Persarum, & transire fecit vocem per totum regnum

regnum suum & etiam per scripturam dicendo. Sic dixit Cyrus rex Persarum: omnia regna terre dedit mihi dominus deus caeli. Solita sunt nomina Iehouah Elohe celorum. & ipse præcepit mihi ut ædificem ei domum in Ierusalaim que est in Iehuda. Ex modo loquendi ac scribendi, magnum habetur argumētum quod ex verbis Esaiae prophetæ prærecitatis motus fuerit Cyrus. non enim tam assertiū di sicut atque scripsisset Cyrus hæc, nisi certior redditus fuisset ex antiquo codice Esaiae prophetæ: interior enim diuinus impulsus non fuisset acceptatus ab eo ad sic afferendum sine certo sensibili testimonio antiquæ prophetæ. Qui est in vobis de toto populo eius, sit deus eius cum eo, & ascendet ad Ierusalaim que est in Iehuda: & ædificet domū domini D. i Israel. Hinc patet quod Cyrus nō solum hebreis ex Ierusalem, sed etiam ex Samaria & b. euiter vniuersis Israelitis concescit ut irent in Ierusalem ad ædificandum templum Dei, ipse est deus. Hebreicè habetur, ipse Elohim qui in Ierusalaim. hoc est ipse est gubernator & iudex vniuersorum qui colitur in Ierusalem, qui elegit sibi templum in Ierusalem. hoc enim pro ratione reddidit Cyrus quare invitat ad ædificandum templum in Ierusalem. Et omnes reliqui in cunctis locis vñcunque habitant, adiungent cum viri de loco suo. Iuxta Hebrew habetur. Et omnem reliquum ex omnibus locis in quibus habitat ibi, subleuant viri loci eius argento, & auro, & sublatia, & iumento. Et est sensus quod alii Israelite non ascendent in Ierusalem, adiuvant eunes: ita ut remanentes in aliqua ciuitate seu oppido adiungent eunes ex illo oppido seu ciuitate, adiungent autem argento, auro &c. excepto quod voluntarie offerunt in templo Dei. Iuxta heb. habet, ut voluntate ad domū Elohim quā in Ierusalaim. Ratio opem ferendi redditur, volūtas ad restaurandum domum Dei in Ierusalem. subiuncta tamen executio insinuat quod opere euntium adiungatur spontanea quoque oblatio ad instaurandum templum Dei.

Et surrexerūt capita patrum Iehuda & Ben'iamin, & sacerdotes, et Leuite, & omni. Superfluit ultima cōiunctio: nā hebreicè habet appositum, omni cuius suscitauit Elohim spiritum ut ascendet ad ædificandum domū domini quā in Ierusalaim. narratur enim ut ex tribus duntaxat tribubus surrexerunt principes ad eundū in Ierusalem: Iuda, Ben'iamin & Leui. Et appositiū adiungitur quo spiritu fuerūt moti isti, dicendo omnis cuius Elohim suscitauit spiritu ad ædificandum domū summi Dei in Ierusalem.